

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mandatum c
cum fonte primo

Tu qui ueram requiem que post
hanc uitam Christianis promittitur
queris, eciam hic eam inter amarissimas
uite huius molestias suauem
iocundamque gustabis, si eius qui
eam promisit, precepta dilexeris.

Augustinus.

Tu autem quia ueram requiem quae post
hanc uitam Christianis promittitur,
quaeris, etiam hic eam inter amarissimas
uitae huius molestias suauem
iocundamque gustabis, si eius qui
eam promisit, praecepta dilexeris.

Augustinus Hipponensis, *De
catechizandis rudibus*, 16, 25 (CCSL 46,
J. Bauer ed., p.151, ll.71-74).